

Fābula dē Nūllō

In īnsulā Graecā habitat cyclōps nōmine Polyphēmus. Cyclōps homō est cum ūnō oculō sōlō in mediā fronte.

Polyphēmus laetus est. Polyphēmus multās ovēs habet quās amat. Ovēs Polyphemī quoque eum amant.

Ulixēs nauta est. Ulixēs Troiā Ithacam it. Ulixēs cum paucīs virīs ad īnsulam Polyphēmī venit.

Polyphēmus videt Ulixem et interrogat, “Quis est tū?”

Ulixēs dīcit, “Sum vir Graecus. Dā mihi cibum.”

Polyphēmus: “Minime, stulte. Nōn tibi cibum dās.” Et Polyphēmus sūmit ipsōs virōs Ulixis et ēst eōs.

Ulixēs: “Mehercule!”

Polyphēmus rīdet, “Hahahae. Magnus sum et tū parvus es. Nōn timeō aut hōminēs aut deōs. Quid nōmen est tibi?”

Ulixēs dīcit, “Nōmen mihi ‘Nēmō’ est.”

Polyphēmus salūtat eum, “Salve, Nēmō. Nunc dormiō.” Et Polyphēmus dormit.

Ulixēs perterritus est, sed habet **consilium**.

Ulixēs baculum sūmit et id pōnit in oculō Polyphēmī.


Nunc oculus nōn in Polyphēmō sed ē Polyphēmō. Oculus in terrā est.

Polyphēmus nōn dormit, sed plōrat, “Uhuhu!” et clāmat, “Ēn! Nēmō pōnit baculum in oculō meō!”

homō, hominis, *m.* vir
aut femina


Cyclōps, **Cyclōpis**, *m.*

Polyphēmus, -ī, *m.*



frōns, frontis, *f.*

Ulixēs, Ulixis, *m.*



nauta, ae, *m.*

nēmō = nullus vir

perterritus = nimis timet

In īnsulā sunt multī aliī **Cyclopēs** quī audiunt Polyphēmum.

Dīcunt **Cyclopēs**, “Nēmō pōnit baculum in oculō tuō? Bene. Optimē. Cūr plōrās?”

Cyclopēs nōn vident Polyphēmum neque ad eum veniunt.

Polyphēmus plōrat et Ulixēs rīdet.

Ulixēs ab īnsulā **Polyphēmī** abit et vocat,
“Nōmen meum nōn est ‘Nēmō!’ sed ‘Ulixēs,’
filius Lāertae, quī Ithacae habitat! Valē,
Cyclōps!”

Lāertēs, Lāertae, *m.*

Ithaca. *ae, f., (nomen parvae insulae Graecae)*